

Tibulliana

L. I eleg. 6. vss. 51—54. sacerdos Bellonae ita monet amatores Deliae, Tibulli rivales:

„Parcite, quam custodit Amor, *violare puellam*,

Ne pigeat magno post didicisse malo.

Attigerit, labentur opes, ut vulnere nostro

Sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.“

Deinde poeta ipse addit:

Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, poenas:

Si tamen *admittas*, sit precor illa levis.

Interpretes vulgo ita explicant locum: si tamen *admittas culpam*, si tamen pecces, i. e. infidelis sis mihi; sed nullum possunt ex aliis scriptoribus adferre locum, ubi *admittere* absolute positum idem atque *peccare* significet. Certe fugit eos verbum *admittendi* absolute, ut hoc loco, positum in sermone amatorio poetarum Romanorum significare: *virum ad se admittere*; contrarium est: *negare*. Cf. Ov. Am. I. 8, 51—53. (monita lenae ad puellam pulchram): „Aera nitent usu, vestis bona quaerit haberi, Canescent turpi tecta relicta situ: Forma, nisi *admittas*, nullo exercent senescit“; Prop. III. 21, 7. (de Cynthia): „Vix tamen aut semel *admittit*, cum saepe *negarit*.“

L. II. eleg. 2. vss. 5—7. poeta die natali Cornuti rogat Genium, ut propitius adsit sacris:

Ipse suos adsit Genius visurus honores,

Cui decorent sanctas mollia sarta comas.

Illius *puro* destillent tempora nardo.

Interpretes adnotare solent: *puro* nardo, i. e. unguento nardino non adulterato; sed certe ineptum esset, si poeta de deo diceret: eum non uti unguentis adulteratis. Mea quidem sententia corruptus est locus, facile tamen sanari potest collatis duobus Lygdami locis, ubi manifesta est Tibulli imitatio. V. Lygd. 4, 28. (de Apolline): „Stillabat *Syrio* myrrhea *rore* coma“ et 6, 63—64: „Iam dudum *Syrio* madefactus tempora *nardo* Debueram sertis implicuisse comas“; adde Hor. Carm. II. 11, 14—16: „rosa Canos odorati capillos, Dum licet, *Assyrioque nardo*“. Apud Tibullum igitur pro *puro* scribendum *Surio*; origo autem corruptelae ex haplographia (*Illius urio*) facillime potest explicari.

L. II. eleg. 3. vss. 1—4. legimus:

Rura meam, Cornute, tenent villaeque puellam:

Ferreus est heu heu, quisquis in urbe manet.

Ipsa Venus latos iam nunc migravit in agros

Verbaque aratoris rustica discit Amor.

Agitur de Amore arante, ut in Moschi epigrammate (Anth. Planud. 200.) etiam in gemmis antiquis saepe conspicitur deus parvulus arans. Quid significant igitur hoc loco *verba aratoris*? Ea certe verba, quibus aratores boves pigros hortari solent, ut Ov. Pont. I. 8, 55—58, docemur: „Et discam, Getici quae norunt verba iuvenci, Adsuetas illis adiciamque minas“.

L. II. eleg. 3. vss. 71—72. legimus de aetate aurea:

Tunc, quibus adspirabat Amor, praebebat aperte
Mitis in umbrosa gaudia valle Venus.

In editione Tibulli a me curata (Budapestini, 1905.) adnotavi: „Vss. 71—76. poeta ante oculos habuit Prop. III. 13. 35—37., ubi agitur de amantibus aureae aetatis“; sed addere debebam etiam Lucret. V. 962: „Et Venus in silvis iungebat corpora amantum“, ubi agitur de priscis generis humani moribus.

Budapestini.

G. Némethy.

Ein Vers des Martial und eine stadtrömische Grabchrift

*Audes ducentas nupturire post mortes
Virumque demens cineribus tuis quaeris*

20 *Prurire quid si † satiare velit saxum.*

Quis coniugem te, quis vocabit uxorem

Philomelus aviam quam vocaverat nuper?

Die obige Stelle aus dem dreiundneunzigsten Gedichte in Martials drittem Buche, einer groben Invective gegen eine liebes-tolle Alte, galt bisher, wie Schneidewins und Friedländers Ausgaben zeigen, für eine *crux interpretum*. Was in Z. 20 die massgebenden Handschriften der Familien B und C bieten, ist sinnlos¹; und die früheren Versuche, aus dem Ueberlieferten einen Satz herzustellen, der sich dem Sinne nach den vorhergehenden und folgenden Schmähungen einreicht — wobei meist hinter *prurire* v. 20 stark interpungiert wird — haben zu keinem befriedigenden Ergebniss geführt². Den richtigen Weg zur Heilung hat ganz neuerdings A. E. Housman (*Journal of Philology* XXX, p. 235; *Classical Review* XXXII, 1908 p. 46) gezeitigt: in dem sonderbaren *satiare, satirae, saciae* steckt ein Eigenname, und zwar das Gentilicium einer durch ihre Langlebigkeit sprüchwörtlich gewordenen Römerin. Housman hat mit der Martialstelle überzeugend combinirt Plinius n. h. VII, 158, wo von den μακρόβιοι die Rede ist: *ex feminis Livia Rutili LXXXXVII annos excessit, Statilia (Sattilia var.) Claudio principe ex nobili domo*

¹ Das oben stehende haben die meisten Handschriften von Friedländers Familie Ca (Eporediensis Puteanus Vossianus und Arundelianus Gronovii); die derselben Familie angehörigen A und G haben *satire*, statt *satiare*, ebenso der zur Familie B gehörige Codex Q: *satirae* bietet der Palatinus (Fam. B), *saciae* der Florentinus (Fam. Ca). In dem vortrefflichen alten Thuanens, jetzt Parisinus 8071 (bei Friedländer Fam. A), fehlt der ganze Vers: was man freilich nicht aus Friedländers, sondern aus Schneidewins Apparat ersieht.

² Es ist vorgeschlagen worden: *satire si velit* von Rooy, *surire si velit* von Grotius und von Eldik, *sarrire si velit* von Schneidewin (der Philol. III, 131 den Sinn der Stelle durch *futuere quis velit saxum* umschreibt) in seiner grossen Ausgabe von 1842; *sarrire quis velit* von Schneidewin in der Textausgabe von 1853. Die letzte Conjectur hat Friedländer in den Text gesetzt.